



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118030

§. 14. Contra Gervasium Patriarcham querelæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](#)

Festis,
occu-
n La-
ve Ec-
fundis
lount,
entur.
ive ad
fa ex-
inunt.
uare-
quam
ni suis
oxias,
spreto

es &
me o-
, qua-
e ope-
cilian-
rigore
re vi-
corum
udine,
us nec
abent,
imonii
Leges
illud,
arum,
can/8.

causarum, temporum & locorum ratio- Sæcul.XIII.
ne statutæ. A.C.1218.

§. XIV.

Contra Gervasium Patriarcham
querelæ.

Sub idem tempus Honorius Papa contra Gervasium Patriarcham Latinum Constantinopolitanum conquestus est, quod multa Auctoritati Sacræ Sedis adversa tentaret. In illa Epistola, ut ^{a 2. ep. 1002.} R. n. 26. multis ad nos delatum est, inquit Papa, simplices Clericos cum Cappis manicatis (erat is vestitus Clericis vetitus) Legatos de tuo latere mittis, cum ea plenitude potestatis, quam Legati Sacræ Sedis accipiunt; illi in Patriarchatu, tibi commisso, judicium causarum, quæ nec ad te nec ad ipsos per Appellationem deferruntur, vindicare sibi præsumunt, inconsultis Prælatis, eorum subditos excommunicant, & excommunicatos absolvunt. Præponunt Episcopos Archiepiscopis suis, quibus metropolitico jure subjiciuntur. Appellationes non recipiunt, quas ad Sacram Sedem interponi contingit. Eis, qui in Episcopos manus violentas injiciunt, absolutionis beneficium impendunt, cum tales secundum proprium tuum privilegeum ad Romanum Pontificem sint remittendi. Tandem Ecclesiastica etiam Hist. Eccles. Tom. XIX. I i Be-

Conc.
Lat. IV. c. 16

Sæcul. XIII. *Beneficia conferunt, non exspectantes,*
A. C. 1218. *donec potestas eadem conferendi secundum Lateranense Concilium ad te sit devoluta.*

Epistolam Papa claudit in hunc modum: *Quantacunque igitur Dignitate fulgeas, te nobis scias esse subiectum, & utcunque tibi parcere cupiamus, tantam tamen superbiam tolerare nos nec posse nec debere.*

§. XV.

Pelagius Legatus in Palæstina.

2. ep. 117. ap. ap. Rain. n. I. *Pelagium Episcopum Albanensem, ante Constantinopoli Sacræ Sedis Legatum, Henrico Imperatore regnante, Romam reducem, Honorius Papa in Palæstinam cum Legati Sedis Apostolicæ potestate misit, Cruce signatorum Ducum, tradens ei Epistolam, ad Præsules Latinos illius terræ datam, cuius summa erat: *Hucusque Christianorum peccata ipsorum labores & Pontificum Antecessorum nostrorum optato eventu frustrarunt, nec Terra sancta liberari potuit. Istud vero nos maxime solatur, quod multi, dum Hierosolymam terrestrem expugnare adlaborarunt, ad celstem cum Martyrii palma pervenerint. Speramus nihilominus, nos tandem a Deo misericordiam esse consecuturos, cum videamus innumerabilem multitudinem**